

tra necessitatem procreandi filios, non rectè ordinat Matrimonii bona ad ejus usum: igitur absque levi culpâ coitus operari valeret, si Matrimonii bona rectè, & aptè ordinarentur ad usum.

35. Tertiò, id ipsum cum Hieronymo super Matth. cap. 9. statuit Magister: *Sapiens judicio amat conjugem, non affectu: Non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceptum fertur ad coitum.* Sed dum quis non affectu, sed indicio amat conjugem, in ipsoque impetus effrenis voluptatis non imperat, nec præceptum ad coitum fertur, revera Matrimonii bona rectè in ejus ordinant usum: ergo nullum in coitu adest peccatum adhuc leve, dum seriò bona Matrimonii in ipsis usum ordinantur rectum.

36. Quartò suadet ratione: Ubi fides & proles absunt, quæ inter Matrimonii bona ascribuntur, ibi lethalis est coitus, & adulterinus; sed ideò coitus est lethalis, & adulterinus, fidesque, & proles absunt; quia Matrimonii bona in pravum ordinantur usum: ergo dum in bonum disponuntur, absque culpâ ullâ poterit fieri coitus.

37. Quintò: Si concubitus conjugalibus absque peccato operari non posset, profectò Dominus non præcipisset post diluvium eos copulari, dicens: *Crescite, & multiplicamini, &c.* ergo quia concubitus conjugalibus exerceri valet sine culpâ; sed tunc sic exercetur, dum tria Matrimonii bona rectè & aptè ejus ordinant usum: ergo.

38. Sextò demùm probatur: Christus Dominus immediatè instituit Matrimonii Sacramentum: ergo ejus usus est licitus; sed si conjugalibus concubitus non posset absque culpâ exerceri, usus Matrimonii reverà illicitus foret: ergo dum coitus conjugalibus gratiâ obtinendæ prolis operatur; censetur honestus, fitque sine culpâ; non verò dum libidinis aestu, aut voluptatis animo perficitur. Modò sic; sed tunc coitus est honestus, fitque sine culpâ, & non libidinis, voluptatisque animo, sed gratiâ obtinendæ prolis perficitur, dum tria Matrimonii bona rectè in conjugalem concubitum ordinantur: ergo.

39. Pro distinctionis debito assequendo exodio, tripliciter in contrarium objicit Magister. Primò per Apostolum 1. Corint. cap. 7. sic de conjugatorum coitu sentientem: *Hoc autem dico vobis secundum indulgentiam.* Ergo conjugalibus actus per indulgentiam conceditur; sed indulgentia non est nisi peccati: ergo à culpâ saltem levi non excusatur matrimonialis concubitus, etiam si Matrimonii bona rectè, & aptè ejus ordinet usum.

40. Respondet Magister negando consequentiam. Nam Apostolus non loquitur ibi de conjugalibus concubitu causâ prolis, sed libidinis,

& voluptatis gratiâ, qui, ut expendebamus supra, non perficitur absque veniali culpâ; ideoque indulgentiâ indiget. Unde concubitus conjugalibus gratiâ prolis operatus, indulgetur secundum concessiōnem tanquam minus bonum; at concubitus, qui libidinis, voluptatisque illecebrâ perficitur, indulgetur secundum permissionem tanquam minus malum. Excusatur enim hujusmodi conjugalibus actus per bona Matrimonii, dummodò intra illius limites exerceatur; si verò limites excedat, non excusatur, ut clarè innuit Augustinus in litterâ.

41. Secundò objicit ratione: Omnis concupiscentia, & delectatio inordinata est peccatum; sed omnis concupiscentia, & delectatio, quæ in coitu, sive conjugalibus concubitu versatur, haud dubiè inordinata arbitratur: Igitur conjugalibus concubitus absque culpâ aliquâ expleri non valet.

42. Respondet Magister distinguendo de concupiscentiâ, & delectatione inordinatâ. Illa enim concupiscentia, sive delectatio, quæ in coitu experitur, semper est mala, & inordinata inordinatione pœnali, quæ est peccati pœna; non tamen est simpliciter inordinata inordinatione culpæ, cum non sit semper peccatum: Hanc ergò concupiscentiam matrimonialis concubitus, sic tria Matrimonii bona in ejus ordinant usum, ut reddant ipsam à peccato immunem, nisi sit immoderata, & ultra conjugii terminos se protendens.

43. Tertiò objicit Gregorii Magni expresso, ac perspicuo testimonio lib. 12. Regist. quæst. 4. dicente: *Vir cum propria uxore dormiens, nisi lotus aqua Ecclesiam non intret, quia ipsa licita admixtio sine voluptate carnis, & sine culpa non est.* Ergo ipsa delectatio carnis in se est mala, & peccaminosa; atque adeò concubitus conjugalibus absque culpâ aliquâ perfici non poterit, etiam si fiat prolis obtinendæ causâ.

44. Respondet Magister, Gregorium esse exponendum de coitu conjugalibus libidinis, sive delectationis causâ, non verò de ipso concubitu gratiâ aliquâ. Undè colligitur, non omnem carnis delectationem ex se esse malam, & culpabilem, eò quòd justi homines passim de requie post laborem, de cibo & potu post famem, & sitim absque culpâ aliquâ delectentur. Sola etenim immoderata delectatio est mala, ut si solum fiat comestio ob delectationem, & non propter sustentationem naturæ; aut coitus conjugalibus propter so-



lam delectationem, & non gratiâ prolis. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis parte satis superque sufficiant.

### Q U Æ S T I O N E S.

45. **Q**UÆSTIO I. An, quæ, & quanta sit indissolubilitas Matrimonii? De quo, *distinctione 27. quæst. 5.*
46. **Q**UÆST. 2. Quisnam sit finis primarius, & secundarius contractus Matrimonialis? De quo, *distinctione 26. quæst. 1.*
47. **Q**UÆST. 3. An consensus in copulam sit de essentiâ Matrimonii? De quo, *distinctione 26. quæst. 6.*
48. **Q**UÆST. 4. An ob adulterium alterius conjugis, Matrimonium quoad vinculum dissolvatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist. 33. q. 1. art. 2. & seqq.* Gonet tom. 5. *tract. 8. disp. 5. art. 3.* Labat tom. 7. *disp. 6. dub. 4.* Reding tom. 8. *q. 6. art. 1. Controv. 1. & seqq.* Contenton tom. 2. *lib. II. part. 4. dissert. 4. cap. 1. specul. 1.* Anton. à Spiritu Sancto tom. 1. *tract. II. disp. 2. sect. 1.*
49. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist. 26. & 31. q. unic.* Mastrius in 4. *disp. 7. q. 22. art. 1. 2. & 3.* Macedo de *Clavib. tract. 6. cap. 6.* Frassen tom. 4. *disp. ult. art. 1. q. 4.* Cotonijs tom. 1. *lib. 5. Controv. 1. cap. 3. q. 1. dub. 1.* Boscus tom. 5. *disp. II. sect. 12.* Carriere tom. 2. *art. 21. q. 4.*
50. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de *Matrim. disp. 3. sect. 2. & seqq.* Platelus tom. 5. *cap. 7. §. 6.* Carleton tom. 2. *disp. 103. sect. 2.* Palao *disp. 3. de Sponsal p. 2. §. 1.* Dicastillo tom. 3. *disp. 2. dub. 27. & 28.* Vazquez *disp. 2. de Matrim. cap. 7.* Tambur. tom. 2. *tract. 5. lib. 8. cap. 5.*
51. Ex alijs D. Bonaventura in 4. *dist. 33. q. 3.* Baudunius tom. 3. *disp. 70. art. 2.* Gavardi tom. 6. *q. 2. de Matrim. art. 3.* Ponze lib. 1. *cap. 13.* Bassæo *verb. Matrim. num. 7.* Gaudent. tom. 7. *tract. 4. disp. 3. q. 1. & seqq.* Diana p. 3. *tract. de Matrim. resol. 56. & seqq.*
52. **Q**UÆST. 5. An, & quæ bona necessaria sint, ut Matrimonium reddatur honestum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 3. *p. q. 41. art. 3.* Gonet tom. 5. *tract. 8. disp. 6. art. 1.* Raynerius de *Pissis verb. Matrim. num. 2. & seqq.*
53. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist. 31. q. unic.* Mastrius in

4. *disp. 7. q. 21. art. 1.* Cotonijs tom. 1. *lib. 5. Controv. 1. cap. 3. q. 1.* Macedo de *Clavib. tract. 6. cap. 7.* Hiquæus in 4. *dist. 31. art. 1. & seqq.*
54. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. *disp. 2. dub. 24.* Sanchez de *Matrim. lib. 1. disp. 13. num. 1. & seqq.* Tambur. tom. 2. *tract. 5. lib. 8. cap. 3. & seqq.* Ex alijs Gavardi tom. 6. *q. 3. de Matrim. art. 1.* Bassæo de *Matrim. verb. Bona, num. 1. & seqq.*
55. **Q**UÆST. 6. An usus conjugalis ob solam delectationem sit licitus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist. 31. q. 2. art. 2.* Gonet tom. 5. *tract. 8. disp. 1. art. 1.* Contenton tom. 2. *lib. 1. part. 4. dissert. 4. cap. 1. specul. 1.* Labat tom. 7. *disp. 6. dub. 1.* Reding tom. 8. *q. 4. art. 2. Controv. 3.* Raynerius de *Pissis tom. 2. tit. 3. de Matrim. cap. 1.*
56. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist. 26. q. unic. & dist. 31.* Mastrius in 4. *disp. 7. q. 21. art. 2.* Macedo de *Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 6.* Cotonijs tom. 1. *lib. 5. Controv. 1. cap. 1.* Frassen tom. 4. *disp. ult. de Matrim. art. 1. q. 1.* Boscus tom. 5. *disp. II. sect. 3.* Durand tom. 4. *tract. 5. disp. ultim. q. 1.*
57. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de *Matrim. disp. 1. sect. 1. & seqq.* Dicastillo tom. 3. *tract. 10. disp. 9. dub. 1. & 2.* Gasp. Hurtado de *Matrim. disp. 10. diff. 1.* Palao *part. 5. tract. 28. disp. 3. p. 3.* Reginal. tom. 1. *lib. 31. num. 9.* Sanchez de *Matrim. lib. 1. in proæm. num. 4.*
58. Ex alijs D. Bonaventura in 4. *dist. 31. q. 1. p. 1. art. 1. & seqq.* Boscius de *Matrim. cap. 7. §. 1. & seqq.* Averla de *Matrim. disp. 20. q. 1.* Gavardi tom. 6. *q. 4. de Matrim.* Ponze lib. 1. *cap. 21.* Bassæo *verb. Matrim. num. 9. & seqq.*
59. **Q**UÆST. 7. An usus conjugalis sit licitus propter vitandam fornicationem præcisè? De quo, *hic quæst. 6. & distinctione 26. quæst. 6.*
60. **Q**UÆST. 8. An liceat sterilitatem procurare? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist. 31. q. 2. art. 2. & seqq.* Candidus tom. 1. *disquis. 1. art. 2.* Mauritius Lezana *verb. Aborsus, num. 5.* Sylvius 2. *q. 64. art. 7.* Raynerius de *Pissis verb. Aborsus, tit. 2. num. 4.*
61. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist. 31. q. unic.* Castillentus in *Poliant. Seraph. verb. Abortus, diff. 4.* Rodriguez in *Summa, cap. 15.* Bordonus in *Consil. Regular. resol. 45. q. 4. num. 4.* Hiquæus in 4. *dist. 31. art. 5. & seqq.*
62. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de *Abortu, disp. 1. sect. 2.* Tanne-



rus tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. num. 6. Turrianus 2. 2. disp. 26. dub. 2. Filliucius tom. 1. tract. 29. cap. 7. Sanchez tom. 3. lib. 9. de Matrim. disp. 20.

63. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 31. q. 2. art. 2. Sylveira Opuscul. var. resol. 3. de Aborsu, q. 8. Navarrus in Manual. cap. 16. num. 35. Torreblanca in pract. juris spirit. lib. 12. cap. 13. num. 31. Machado tom. 1. lib. 2. part. 2. art. 17. num. 2. Bonacina de Restit. disp. 2. q. ult. sect. 1. punct. 7.

64. QUÆST. 9. An liceat procurare abortum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 31. q. 3. art. 1. Candidus tom. 2. disp. 1. art. 1. Gonet tom. 3. in Dissert. theolog. de Opin. probab. num. 117. Mauritius Lezana tom. 3. verb. Abors. num. 5. Calsianus à Sancto Eliâ tom. 1. cap. 1. verb. Abortus. Raynerius de Pisis tom. 1. verb. Abortus, tit. 1. num. 2.

65. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 31. q. unic. Bordonus in Conf. Regul. resol. 45. q. 4. num. 4. Castillent. in Polianth. Seraph. verb. Abortus, diff. 3. Rodriguez in Summa, cap. 15. & seqq. Portel in Dub. Regular. verb. Abortus, num. 1. & seqq. Hiquæus in 4. dist. 31. art. 4. & seqq.

66. Ex Scholâ Eximiâ Card. de Lugo in Respons. Moral. lib. 2. dub. 4. Fuente Hurtado dissert. 21. cap. 1. & seqq. Sanchez lib. 9. de Matrim. disp. 20. num. 10. Moya in Selectis 1. p. tract. 6. disp. 3. q. 4. Dicastillo lib. 2. tract. 1. disput. 10. Tambur. tom. 1. lib. 4. cap. 2. §. 4.

67. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 31. q. 2. art. 1. & 2. Lezana tom. 2. verb. Abors. num. 5. Trullench lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 1. Leander à Murcia lib. 2. disp. 5. resol. 31. Barbofa in Collectis ad 5. decret. cap. Si aliquis. Moronus respons. 87. num. 31. Diana part. 7. tract. 5. resol. 32. Verde in defens. Caramuel, q. 4. de Abortu §. 3. fol. 30. Bassæo verb. Abortus, num. 17. Sylveira Opuscul. varia, resol. de Abortus, q. 6. Torreblanca de Magia lib. 2. cap. 43. num. 10. Bonacina de restit. disp. 2. q. ult. sect. 1. p. 7.

68. QUÆST. 10. An procurantes abortum fœtus animati, verè homicidæ dicantur. De quo, Authores quæstione superiori adducti.

69. QUÆST. 11. Quibus subjaceant pœnis procurantes abortum fœtus animati, aut inanimati? De quo, hic quæst. 9.

70. QUÆST. 12. An in quocunque abortu verè detur homicidium? De quo, hic quæst. 2.

QUÆST.

71. QUÆST. 13. Quanto temporis spatio præexistat fœtus animatus in muliebri alvo? De quo, hic quæst. 9.

72. QUÆST. 14. An liceat procurare abortum tum fœtus animati, tum inanimati propter vitam matris servandam? De quo, hic quæst. 9.

73. QUÆST. 14. An ob honorem servandum liceat mulieri procurare abortum fœtus animati? De quo, hic quæst. 9.

## DE SOLUTIONE CARNALIS DEBITI.

### DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-SECUNDÆ SYNOPSIS.

*Debita certa ligant socialis fœdera lecti,  
Quæ pariter conjux debet uterque sibi.*

Sic incipit: *Sciendum etiam est.*

Sic terminat: *Ullo modo arbitror.*

1. **C**onnectitur hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de triplici Matrimonii bono in communi, quippe fide, prole, & Sacramento, quibus conjugalitatis coitus à culpâ excusatur; sed mordò in præsentî determinat de ipso conjugali coitu, quatenus sortitur rationem debiti: igitur rectè hæc distinctio consonat superiori.

2. Consequentia probatur: Prius est in quocunque recto ordine scientiæ, illius in communi rationem exquirere, quàm de ipsâ in specie determinare: ergo & prius erit, de bonis Matrimonii in communi, quibus conjugalitatis coitus excusatur agere, quàm de ipso conjugali coitu in specie, & quatenus induit rationem debiti, determinare; sed Magister postquàm de bonis Matrimonii conjugalem coitum excusantibus disseruit, illicò in præsentî distinctio de ipso conjugali coitu in specie, & quatenus rationem debiti præcontinet, edisserit: ergo rectè processit.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ expendit Magister, qualiter vir & fœmina in solvendo, & petendo conjugii debito, suppari polleant dominio. In secundâ ve-

re